

A GALEACIUS Bardasimus eques Siculus sub Alfonso seniore Neapolitanorum Rege, petiisse armis reclusus, ephippio inter coxas accepto, ingenem equum crinibus apprehensis salu descendit, statimque nullis firmato vinculis ephippio, cum ad cursum adegit, coxatum ac crurum firmitate pro cingulis usus. Fulgosi lib. 3. cap. 2.

CAROLO V. Cæsari crura erant, venustissime extantibus rotis, trunci proportione directa. Quod tum maxime apparerebat, quum equo vheretur. Tanta enim ei inerat cum dignitate equitandi peritia, ut nullus eo armato, atque equum incitante & in gyrum reflectente, vel pulchrior, vel vividior, vel in ferendo armorum pondere potentior eques reperiri posse videretur. Iovius lib. 27.

Curvus. Navem. Consule Tit. Aurigarum.

MILTIADES Cimonis F. ex Eleunte Chersonnensi Thracie (quæ tunc Atheniensium ditionis erat) in Lemnum uno die delatus, insulam Atheniensibus adiecit, quod Pelasgi, qui insulam incolabant, ita demum se imperata fœdus multo ante dixissent, si navis vento Aquilone acta, uno die ex Attica in Lemnum perveniret; quod fieri non posse sciebant, quum Attica Australior multo sit, quam Lemnus. Herod. lib. 6.

Apud Siginnos, qui Persicè vivunt, quadrigas agitare, erat puellare studium. Nondum enim adulta virgo, quadrigas flectere & circumagere magna facilitate callebat, quibus hoc erat privilegio datum, ut quem vellet ex juvenute in virum deligere liceret. Alex. lib. 2. lib. 25.

Agellus animadvertens civium nonnullos in equis alendis totos esse, forori Cyniscæ persuasit, ut consensu curru cettaret in Olympis. Hoc pacto Græcis ostendere cupiens, id genus exercitamenta nullus esse veteri virtutis, nihilque aliud habere, quam opum & impendiorum ostentationem, eoque feminis esse digniora, quam viris. Plur. in Lacon. apoph.

DEJICIENDO.

Consule Tit. Lullatorum, quatenus adversarium retinentem dejecit.

TRITANUS Samius gladiator omnes adversarios levi tantum tactu profternebat. Solinus cap. 4. Polybist. & Plinius lib. 17. cap. 20.

MOSCOVITÆ cum urbis indomitæ, & effers, absque armis, solis viribus confisi congredi audent, usumque per aures arreptum tandem fatigant, donec protius debilitatum prostermant. Guag. in descript. Moscovia cap. 3.

FERIENDO.

Ex Tit. Pugilum, qui rixas, pugno ferunt adversarium, petantur exempla.

REPELLENDO.

MARTIANUM, qui ex fabro ferrario imperium tenuit tam robustum fuisse ferunt, ut curvus ex adverso nitentes uno tantum digito repulerit, & fortissimum quemque collierit. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 26.

AGILITAS, PROMPTITUDO IN MOTU.

Huc confert Tit. Scurrarum & Praestigatorum, qui agilitate corporis freti, admiranda quadam & prestigis similia faciunt.

SALTANDO.

Sunt Paponæ staturæ mediocæ, & corpore usque adeo agili, ut accincti phætrea & arcu, transmittant saltu sese per circulum diametri cubitalis. Tac. Zieglerus in Scandia.

PUGNANDO, FUGIENDO, INSECTANDO.

Lustiani mobili corpore, levique, ut facillè & fugiant hostem, & insequantur. In pace choreas levi saltu exercent, cum quadam crurum agilitate. Bella ad numerum aggrediuntur, Paena, cum hosti obviant, cantando. Diad. lib. 5. cap. 9.

FINNI libricorum stipitem celeri allapsu cursum intendere soliti, arbitraria velocitatis potentia rapiuntur, promptissimamque propinquitatis vel absentie facultatem obtinere creduntur. Mox enim ut hostem læserint, eadem celeritate qua subierunt avolant, nec proculsi languidius reditum tentant. Itaque & vehiculorum, & corporum agi-

litate instandi fugiendique expertissimam obtinent potestatem. Hac ratione victorem Regneri Danorum Regis exercitum homines imbelles, & vilissimi diu eluserunt potius quam sustinerent. Saxo lib. 9.

Bello Scelavico, quod Valdemarus Danorum rex & Henricus Saxonie dux societatis viribus gesserunt, Eskillus nobilissimus eques Danus militibus armis onustus, unum ex Scelavis inermem per palustria loca citato cursu fugientem pedibus infecutus, illius vestigiis limi molitie subdentibus, ipse nec voraginum illuvie, nec armorum onere depressus, occupatum barbarum capite truncavit: ac ne plantis quidem ceno infectis, solidam humum reperit. Quod factum potius celesti miraculo, quam humana virtuti imputandum fuit. Saxo lib. 14.

DISCURRENDO.

ORION Neptuni filius ex Euryale Minois filia natus fuit, cui concessum est, ut super fluctus curteret, perinde ac in terra super aristas ferretur, nec eas comminueret. Hyginius.

IPHICLUS, inquit Apollonii interpres, Phylaci creditur & Clymenes filius. Eum cecinit Hesiodus tanta fuisse corporis agilitate, ac pedum celeritate, ut curteret in novum aditum, hoc est, super triticeas aristas, nec oblaederet. Demaratus vero etiam per mare incessisse prodidit. Inde natum adagium, ut Iphicli agilitatem, pro celeri, inextuprabilique usurpemus. Indutum creditum nomen ex currente potestate. Cal. lib. 5. cap. 5. Antiq. Lect.

CAMILLA, Regina Volcorum, si Virgilio credimus, illas segetibus super spicas curtebat, & mare superabat nullis corporis partibus aqua tactis præter plantam pedum. Athen. lib. 7.

LADAS cursor Alexandri velocissimus, ut arenis pendebat nulla pedum vestigia extarent, sæpèque visum falleret. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 21. Martialis sæpè ejus meminit lib. 2. & 11. Ioven. Satyr. 13. Solin. c. 6. Eius statua Argis in templo Apollinis Lycii posita. Paus. in Corinth. & Lacon.

HERALDUS Hybernus, Norvegiæ Rex, excepta liberalitate nullam ferè virtutem adeptus, corporis viribus fretus apud Helsingam oppidum pignote cum Erico III. Danorum Rege posito, cum lectissimis ejus equis cursu contendit, & duobus in certamen admittis, utroque metam prior tenuit. Geminis siquidem inter currentem bacillis innixus, crebris corpus saltibus concitabat. Sæpè etiam inter navigandum è puppi exiliens, in proram per exerta remorum capita decucurrit, indeque cursu in aliud navigii latus reflexo, per reliquos remorum ordines, locum quo excesserat, repetivit. Qui si parem animi virtutem à natura traxisset, nequaquam sic inter implexus pellicis obruncandum dedisset. Saxo lib. 14.

EQUITANDO.

TOTILAS Gothorum Rex ad Apennium cum Narsete eunucho prælio decertaturus, in quo etiam perit, cupiens se hostibus ostentare, qualis quantisque esset, armis auto cæcatis indutus, equoque insignis magnitudinis, & magnificè phalerato vectus, & purpurea regiaque veste ornatus processit. In medio autem campo, ut artem equestrem ostentaret, equum vario modo calcitrans concitando in orbem freno agilitate egit, obsequitandoque telum in auras præter diverberavit, & ipsum inversum ad terram delatum, momentumque temporis exceptum vibravit, & idem alternatim per manus transiit, & se super equum supinavit, & vicissim ad terram, & in latera inclinavit, atque hæc ludicia petagendo, à prima luce ad multum dicti dedita opera tempus extraxit, donec equitum duo millia venerunt, quæ expectabat. Sigonius lib. 19. Imp. occid.

VOLATUS, PËR AËRA VECTI.

AI O P O B A T A I.

Poetæ fabulantur, Dædalum inclusum Labyrintho, propter liberatum Theleum, quum iudicium capitis expavesceret, alas sibi confixisse, eoque remigio una cum filio Icaro periculum evasisse. Verg. lib. 6. Eneid.

Dadalus (ut fama est) fugiens, Præteribus pennis ausus se credere celo, Insetum per iter gelidas enavit ad Arctos.

PERSEUS in Medusam certaturus, accepit à Mercurio talaria & ensen, quibus adimniculis per aërem ferebatur.

ABARIS SCYTA adisphærus dicitur, quod emissis sagitta, quam ab Apolline acceperat, cum ea una ferretur. Herodotus. Lamblicus.

MUSEUS poeta, Boreæ dono volitasse perhibetur. Paus. in Artibus.

Rome sub Cæsaribus inter spectacula populo exhibita productus est, qui per adventum pariterem felis modo repando scanderet: & qui fabricatus sibi alis, altiusculè terra volans, per aërem avis modo vheretur. Sub. lib. 10. c. 9.

NATATIO. NATANDI STUDIUM, USUS.

Quere locum proprium. INCESsus. MAGNUS.

Magni corporis magnus quoque motus. Eapropter Homerus in Nocymantia Achillis manibus motus granditatem vel ipso numero tribuit:

— Πυρρή β' ποδῶν δ' αὐχιδῶν ἢν μεγάλη βίβασα δὲ ἀσπιδίων λειμῶνα. TARDUS.

ANUS Plautina, tarditate incensus excusans, ait se grave pondus gestare: Tantum, inquit, hoc oneris, quod sero. Quid oneris? Annos septuaginta quatuor. Erasim. in Adag.

ALEXIS comediarius scriptor jam extreme senectutis, quem lento incessu inambulans rogaretur à quodam, quid ageret? ἄν' ἔτι δὲ βίαν, inquit, ἀσθίνουκα, id est pedetentim morior.

REPETITUS. DEAMBULATIO.

VEETONES in Hispania populi barbari, cum primùm Romanorum castra intuentes, quosdam Centuriones deambulationis causa in via progredientes reflecti cererent, insurrexerunt homines suspicati sunt. Itaque eis viam ad tabernacula commonstrabant, quasi semper aut quiescere aut pugnare necessarium arbitrarentur. Strabo lib. 2.

NOCTURNUS.

SPARTANIS non permititur à cœna redeuntibus, domum vel alias ad lumen incedere, quod dicant in tenebris & nocte commeatu confidenter & intrepidè. Plut. in Lycurgo.

GLACIALIS.

ÆNEAS Sylvius, qui postea Pius II. Pontifex dicitur est, Legatus ab Eugenio IV. in Scotiam missus, & gravitate tempestate, ex votis perfolvens, quæ inter fluctuatum æstus Virgini mari nuncupaverat, initium ejus morbi contraxit, qui dolore articuloorum permansit ad vitæ exitum, glacie decem millibus passuum nudis pedibus ad phanum usque calcata, ut redire in oppidum non aliter quam læsticia poterit. Ioan. Antonius Campanus in ejus vita.

MOTUS GLACIALIS.

Naræ sunt lignæ quædam & oblongæ solæ, duorum triumve cubitorum longitudine, quibus in pedes inductis, baculo oblongo cum cuspidè suffulti, Moschi celerimè feruntur, ad eum nullo modo equi eos cursu assequi possint, quibus aperitas nivis, montes, cæteraque vix obstacula impedimento sunt. In nararum autem instrumentis currentes colles, truncos, foveasque facillimè transiliunt, hocque modo feras omni generis apprehendere & capere telis configendo solent. Guag. in descript. Moscovia.

SALTUS. SALTU QUI

VALUERE.

D A Græcorum quibusdam Cymbe dicitur caput. Unde Cymbachus nuncupatur is, qui in caput saliens, crura tenet iurta. Calvus lib. 3. cap. 23. Antiquarum Lecturionum.

HARALDUS pugil geminis baculis inter currentem innitens, crebris saltibus corpus concitabat, sic ut equos velocissimos cursu præteriret. Saxo Grammaticus.

Agri.

Circa quos consideranda. Primum

AGRORUM DEFENSIO.

Quere Divitiarum conservatio, verbo Divitiæ.

AGRI DONO DATI IN USUM PIUM.

Consulatur Tit. de Donatione Religiosa.

DATI IN PRÆMIUM FORTEBUS.

Vide Tit. de Belli Fortitudine, ejusque præmissis.

AGRORUM DIVISIO.

Vide Divitiæ.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

AGRORUM POSSESSIO.

Consule locum de Divitiis. Vbi & de carundem possessione.

AGROS VOVERE.

Ege Levitici veteratur, ne ager, per votum Deo consecratus, redimatur cap. 27. vers. 18. Unde dicitur Ager Cherem, à radice Charam, quæ excidere, & occidere significat. Unde votum Cherem, quod maximum erat; & de illo lex illa intelligitur, nempe de agro qui absolutè, & perfectè consecratione Domino vocabatur. Alioquin Agrum Domino simpliciter consecratum redimi potuisse, constat ex eodem capite. Vers. 11.

Ager autem hereditarius, quem hæres nolbat redimere, fiebat Cherem, ita ut amplius vendi non posset, aut redimi absolutè. Nam post quemlibet Jubilæum vendebatur: sed ita ut proximo Jubilæo rediret ad Sacerdotes.

REDIMERE.

JUDÆI agrum quem Domino voverant (non tamen voto Cherem, quod absolutum, ut maxime solemne, erat) redimere poterant. De qua re in Levitico dicitur. Juxta mensuram seminis æstimabitur pretium. Si triginta modis hordei feritur terra, quinquaginta siclis venderet argentum. Itaque pretium æstimabitur secundum mensuram seminis: neque solvebatur semel dumtaxat, sed per modum redditus quotannis decurrentis; minus enim vile pretium erat 50. siclorum, pro tanto agro qui 30. modios hordei caperet. Ita Abulenfis in hunc locum Levit. c. 27. vers. 16.

NON POSSIDERE.

Vetium erat Levitis, ne possiderent agros, Numer. cap. 18. vers. 20. In terra eorum, ait Deus ad Aaron, (loquitur autem de Hebræis fratribus eorum) nihil possidebitis: habebitis partem (hereditatis) inter illos; scilicet agros, vineas, prata, &c. Possidebant quidem civitates & suburbana, sed ad habitandum tantum, & alendum sua pecora, ut constat Josue 14. Unde & agri consecrati Domino, de quibus dicitur, quod redimi non poterant, & cederent Sacerdotibus, vendebantur singulis Jubilæis alicui ex illa Tribu, ex qua oriundus erat ille, cujus erat ager, & tunc eum Deo voverit, & obtulit.

SEYTHIÆ populi dicuntur nullos possidere agros, sed avia sectari, & depascere quidquid terra producat, & ita palantes, integras regiones absumere, ad quas redeunt, dum eas denuo excrevisse arbitrantur: hinc & multivagas domos habere, omnesque possessiones suas circumferre, à Poetis describuntur. Ex lib. de moribus Gentium.

AGROS ADIMERE.

Vide Tit. Multæ, Consecrationis.

AGRI.

Steriles natura.

Tradunt, Azanæan regionem quampiam esse Arcadiæ, sterilem & culturæ inhabilem: in qua coloni multo sudore parum fructus referunt. Inde Azanæa mala dicta, ubi quis in re perdifficili & frugifera plurimum infumeret laboris. Erasim. in Adagiis.

Strabo lib. Geographiæ 8. scribit, Corinthios opibus & artibus egregiis præcelluisse, cæterum regionem illorum non admodum fuisse feracem, quod inæqualis esset, & aspera, ac petricosa. Eamque ob causam senarium hunc proverbio jactatum fuisse: Κόρινθοι ἀσπίται τοῦ καλλίστου. H id est, Alibi tumet Corinthius, alibi cava est. Erasim. in Adag.

Apud Stobæum form. 55. extat Comici cuiusdam locus in Agrum sterilem:

Εἶπά σοι τὸν ἀγρὸν, δὲ ἔσται ἄγρος ἄγρος, ἄγρος με, παρ' ἐμοῦ δ' ἴνα προσηύρασκευβαίη. Σκῆψον δ' αὐτὸς ἔθελος, ἀσπίρη τ' αἰεὶ. Καὶ πάντα ποῖα πρὸς τὸ δῖον ἔλαβόν. Οὐδ' ἄλλο λαμβάνειν ἔτι, ἄσπίδων δ' ἔσθ' αἶ. Ἀποστρεψὲν ἴλαστον ἀγροῦσας ἀγρὸν. Ἐσπερα ἔτι κερδοῦν μεθ' ἡμῶν εἶπον, Τέτων ἀπέδωκεν ἰδ' ἄλλοις τερσκαίονα, Οἱ δ' ἔτι δ' ἐπὶ θήβας ἐσπείδοντο μοι. Δοκῶ τὸ σοῦ γυναικίον σῆμα διατηρεῖν μόνον, Οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸ τὸ γυναικίον. Οὐδ' ἔστιν ἄλλο τὸ τὸ γυναικίον.

Ego curo agrum, non ut nutriat ipse me, se ut allimentum à me capiat. Nam sódio diligenter, ac sero semper: denique nihil non facio, ut dem & recipiam. Ille verò capio quidem, nihil

A nihil autem restituit. Defraudantem imprudens agrum emi. Seminavi quidem hordei medimnos viginti, pro quibus mihi non integros tredecim reddidit: ceteri septem Thebas in militiam profecti sunt. Videor mihi mulierum tantummodo onem servare: Onesiphorum (Prosperum) eveniat: quod & accidit: nam totum id, quod ager producit, unus onos (Afinus) fert.

Similiter alter eodem loco, auctore Philemone:

Εὐὰ πὸν ἀγρὸν, λαγρὸν ἰδαλίδην ἔχων. Τίθει δὲ ἔσθ' ἀπὸρ ἀφροσύνας. Στάδιον μὲν ἀφροσύνην, οὐκ ἔστιν ὄσων Ὀσῶν λαγρὸν ἔχει τί' ἔν τῷ δια. Τὰ περὶ γαίης ταύτ' ἰδαλίδης, κἀπαρῶν, Θύμων, ἀπάρων, αὐτὰ ταῦτα ἔδεδωκε Μὴ μὲν ἀπὸ γαίης με ποιῶν κερδόν.

Nesciebam hactenus habere me agrum loco medici. Nutrit enim me tanquam aegrotantem, exigua offerens cibaria, & vini quantum holuiculo adjicitur condimenti gratia, & per locum faxatiles istos cibos, capparim, thymum, apfaragum: ista inquam metuo, nenimis extenuatum me exanimem.

Menandri in Georgis simile quid ibidem extat:

Ἀγρὸν ἀσθενέστερον γαστρίην ἰδίῃα δὲ μὲν. Φίρει δὲ ἴσα δεινὸν εἶδη καλά, Κίθον, δάφνην, κροδάστε, ἀπ' ἀπείρω, παύρ Διόσκου ἀπὸ δὲ ἴσα εἰ κατὰ βέλους.

Agrum justiore in altum provectos, statum profert enim, quotquot diis grati fuerit flores, hederam, laurum: & si hordeum seminavero, omnino justè mihi reddidit tantundem, quantum ei commiserò.

Steriles redditi.

Mortuo Theageni athletea nobiliss. statua fuit posita. Hanc eum quidam ex ejus obrectatoribus nocte quadam flagris caecidisset, ac si in eorum viventem ipsum ulcisceretur, statua hominem subito casu oppressit. Filius ejus statum de homicidio posularit, estque ea Draconis lege à Thasiis in marejecta. At hoc ob ipsum factum Thasi diurtuma sterilitate vexati fuerunt, donec ex Pythiæ Delphicæ oraculo per piscatores in altum provectos, statum Theagenis receptum in suum locum reposuissent. Paus. in Eliaci lib. 6.

Cum inter Theuthim, Arcadam duces, & Agamemnonem simulatas essent exortæ, ita ut Theuthis cohortem suam domum esset reportaturus: Palladem ferunt, affimulantem Melanen Opis filiam, illum retrahere conatam. Sed is præ ira hasta dicitur dæx femur percussisse. Ubi domum rediit, lethali tabis morbo correptus est, & in ea una parte Arcadiæ nulli planè fructus è terra editi: donec oraculo Dodonæo moniti Theutenes, deam placarent, signum facientes, fauciatum femore, purpureaque fascia vulnus obligatum habens. Pausanias in Arcadiis.

Sunt in Apollonia in Ionico sinu factæ Soli oves, quæ interdum secandum flumen pascuntur, à monte Lacmone per Apolloniatum agrum fluens. Eas noctu stabulantes in antro non procul ab urbe custodiunt delecti viri, & quidem præstantissimi, singulis annis singuli. Ibi Euenius quidam, cum aliquando delectus ad custodiendas oves obdormisset, ingressi antrum lupi circiter lxx. oves jugularunt. Apolloniæ adductum in iudicium Euenium condemnarunt, ut, quia vigiliam edormisset, oculis privaretur. Quem postquam excæcaverit, mox eis neque pecora feticaverit, neque que terra pro consuetudine fructum tulit. Herod. lib. 9.

Fertiles natura, & cultura.

In Pedemontio, Romania, Sicilia, Egypto, ac plerisque etiam Belgicæ locis, agri natura ita fertiles sunt, ut minimum cultum, & rarissime solum requirant, quasi indita pinguedine omnem stercoreationem respuentes; nihilominus quotannis fegetem uberrimum producant.

Brabantia penè tota ex ferili & arida metica ad fertilitatem perducta est incolarum industria, & laboris assiduitate, præsertim ea regionis pars quam Campiniam vocant, ubi in mediis meticis, è quibus plerique ad plura passuum millia extenduntur, videre est agros frugibus luxuriantes, sola cultura assiduitate fertiles redditos. Incolas labori deditos, ab omni luxu alienos, paucis contentos, ingenio tamen ad instar agrorum, si quando excolitur, vivaci, & ad quasvis discipulas capeffendas habili & idoneo.

Vide infra Agricole diligentes. Item locum de Facunditate.

AGRICULTURA. THEOPTIA.

In genere considerata.

ANTIQUITAS.

Formatum primum hominem ad imaginem & similitudinem suam, Deus posuit in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum. Non quidem ad victum comparandum, sed ad honestum exercitium, voluptatem, & delectationem, ita ut nec defatigaretur, neque otio distulceret, ut ait S. Chryf. Unde Agricultura antiquitas elucet, quæ cum homine cæpit & mundo ipso. Genes. cap. 2.

DIGNITAS.

Dignitatem Agricultura arguit illius institutio à Deo facta, & Adæ præcepta etiam in statu Innocentiæ, quamvis uxoris illecebris delinitus, cultura quæ prius fuisset delitiosa, in laboriofam conversa fuerit, ut cui dictum, in sidore vultus tui verferis pane tuo: maledicta terra in opere tuo: cuius nempe fertilitas per peccatum videatur immixta & impedita, ita ut plures tribulas & spinas germinet, ac laboranti paucos fructus reddat. Quæ omnia secus se habuissent, si homo Dei præcepto patuisset.

FELICITAS.

Felicitas Agricultura vel exhinc desumenda videtur, quod eam in felicissimo statu, homini Deus commendaverit, tanquam exercitationem omnium optimam, nulli injuriam, omnibus utilem. Omnium rerum, ait Cicero, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius, lib. 1. Officior.

De ea Virgilius lib. 2. Georg.

O Fortunatus nimium, sua si bona norint, Agricolas! quibus ipsa procul discordibus arvis Fundit humo facilis vitium iussissima tellus. Horatius quoque in Epod. Ode 2. Beatus ille qui procul negotiis, Vt præcipua geni mortalium, Paterna bobus rura exerceat suis, Solutus omni fœnore. Non excitatur classico miles truci, Nec horret iratum mare, Forumque vitat, & superba civium Potentiorum limina.

Lege eundem elegantem Agrorum & Rutis laudes decantantem lib. 2. ferm. Sat. 6. & lib. 1. Epist. 10.

Seneca simili etiam sensu scripsit in Hippolyto: Non aliam magis est libera & vitio carens, Ritusque melius vitæ quæ præcos colat, Quam quæ relictis manibus sylvos amat. Non illum avare mentis inflammat furor, &c.

Sic & Ovid. lib. 1. de remedio amoris: Rura quoque oblectant animos, studiumque colendi, Qualibet huic curæ cedere cura potest. Colla jubè domito oneri supponere iugos, Sauciet ut duram vomer aduncus humum. Obrue versata cerealibus semina terra, Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager. Aspice curvatos pomorum pondere ramos, Vt sua quod peperit, vitæ ferat arbor onus. Aspice labentes iucunda murmure rivos. Aspice tendentes fertile gramen oves. Ecce perant rupes, præruptaque saxa capelle, Vt referant hæc ubera plena suis. Pastor in equali modulatur arundine carmen, Nec desunt comites sedula turba canes.

INVENTORES, MAGISTRI, ET PROPAGATORES AGRICULTURÆ. IN GENERE.

Primum Adamum terram coluisse, & agriculturam exercuisse constat, & post eum posteros illius Cain, Abel, Seth, Lamech, &c. nam de Cain & Abel legitur, Fuit Abel pastor ovium, & Cain agricola. Unde dicitur hic utilissime de fructibus terræ Domno. Genes. cap. 4.

Post Diluvium cæpit Noe vir agricola exercere terram, hoc est, rediit ad agriculturam qua ante Diluvium usitata fuerat, idque multò diligentius cum prius fecerat. Quia diluvium sua falsedine priorem terræ pinguedinem & bonitatem exlucerat, & ablucrat. Unde graves aures opinantur, Noe invenisse aratra, itaque per boves attractus terram profin-

A proficindere cœpisse, cum eam prius homines manibus solum foderent. Genes. 9.

Ab illo Sem, Cham, & Japhet, eandem agros excolendi artem divulgantur, & aliis communicantur.

Ioseph. lib. 1. Antiquit. tradit, Cain Adami filium omnium primum comperisse terram colere, primumque terræ terminum comperisse terram colere, primumque terræ terminum comperisse. Apud Hebræos certe cum multò vetustior frumenti usus fuisse illum, quam apud Græcos (nam filii Jacob frumentum ex Egypto in Genes. convehunt) etiam inventio agricultura illorum potius, quam horum fuisse censenda est. Polyd. lib. 3. cap. 2. de rerum invent.

Agriculturam primum omnium, teste Diad. lib. 1. Ofirim, qui & Dionysius dicitur, reperisse ferunt, Tibullus:

Primus aratra manu solertifici Ofris, Et teneram ferro sollicitavit humum. Primus in experte commisit semina ceræ, Pomæque non notis legit ab arboribus.

Sed hoc, ut opinor, apud Egyptios tantummodò, sicut Triptolemus primus in Græcia, & Asia, & in Latio Saturnus. Sed omnium primam Ceretem (quæ, ut Cicero lib. 2. de Natura deorum placet, à gerendis frugibus, quasi Geres nominata est) mortales agriculturam docuisse, testatur Virgil. 1. Georgicorum.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit.

Et Ovid. lib. 5. Met. amorph. Prima Ceres uno glebam dimovit aratro: Prima de die fruges alimentæque mœnia terris.

Post Proserpine raptum, frumenta omnia tum in Jovis odium, tum propter dolorem filię incendisse fertur. Sed ea inventa & reconciliata est Jovi, & Triptolemo Attico agricolæ, frumenti deinde semen, mandavitque, ut omnibus modum seminandi monstraret. Diad. lib. 3. c. 15. & Insim. lib. 2.

SATURNUS classe in Italiam vetus, & ab Jano hospitio exceptus, docuit illum peritiam ruris, & rudem victum in meliorem commutavit: primus quoque aræ signare docuit. Janus igitur gratitudinis ergo numisma fecit, quod ex una quadam sui parte Janum bitrontem haberet, ex altera vero navis effigiem, quoniam navi in Italiam vectus fuisset Saturnus. Terram quietiam omnem suæ ditioni parentem Saturniam vocavit, & diem festum quotannis mense Decembri celebrari voluit sub nomine Saturnaliorum. Simulachrum ejus fecit cum falce, quæ messis symbolum est. Fabulæ hinc data occasio. Saturnum ferunt castrato Cælo patre falcem deiecit in terras, eamque cecidisse in Siciliam in locum sed rūs dicitur, hoc est, à falce, Drepanum dicitur. Huic denique infirmitas circulesorum, pomorum educationis & familia tribuitur. Furenesque cum tem divinam ci faciunt, scis recentibus coronantur, placentalque mutuo miffant, mellis & fructuum repertorem Saturnum existimant. Hunc Romani etiam Stercorium vocant, quod primus stercore fecunditatem comparaverit. Mox quoque in Saturnalibus cereos miffare, quod hoc principe rudis & tenebrosa vita quasi ad lucem & bonarum artium scientiam transducta fuerit. Macrobi. l. 1. Saturn. cap. 7. Eodem tempore Opalia celebrabantur, quoniam Ops Saturni conjux fuerit, ab ope ferenda dicta, ut ipse à saru: eaque propter rectè omni jam sætu agrorum coacto iis sacra sunt, quasi vitæ cultoris auctoribus. Quidam tamen Saturnum cælum esse interpretantur: Opem, in cuius sacris sedentes vota concipiunt, terramque de industria tangunt, demonstrantes ipsam terram esse matrem mortalibus appetendam. Idem cap. 10.

Bacchum antiquissimum Indum volent exitisse terraque sua sponte ob soli fertilitatem ferre sentent, ex uva vinum elicere, sicut cæterarumque arborum cutam, & horum insuper comendendum usum edocuisse. Eundem, quoniam Indorum sit moris, per omnem vitam barbaram nutrire, Barbarum cognominaverunt. Hic orbem cum exercitū perambulans, & vitem plantare, & ex racemis vinum torculari, ex quo ipsum Lenæum appellat, educere monstravit. Secundum ferunt, ex Jove genitum & Proserpinam, boves ad ararum junxisse, cum terræ prius manibus hominum coletetur: multaque alia instrumenta reperisse agrorum cultura accommoda, quò minori labore rustici opus facerent. His erga homines beneficiis cum eum censerent immanitalem, & honores illi & facta, ut Deo, instituta sunt. Diad. lib. 2.

Memorie prodidit Lucianus in dialogo Junonis & Jovis, L. B. Theaur. vit. Human. Tom. 1.

Icarium cæsum fuisse apud Indos, quia cum palmitem, & E vini faciendi rationem à Bæcho didicisset, creditus est primum Indis venenum: in convivio exhibuisse: nam Indi vino primum gustato in insaniam sunt conversi, ut ait idem Nigrius. Nat. al. Comes Mythol. lib. 5. c. 13.

Oxyris Egyptius Mario Germanorum regi sexto aratum & rustica armamenta reliqua ostendit, boves junxit, arbores, vitas putare docuit, prata tendere, transferre stirpes, & plantare: pecuariam instituit, pationesque villiticas. Zithum ex hordeo conficere Germani ab ipso didicerunt. Avent. lib. 1. Annal. Romanorum.

Hesiodus poeta Cumeus, primus agricultura præcepta tradidit. Itaque Cleomenes Homerum Lacedæmoniorum, Hesiodum verò Helotarum servorum poetam esse dixit: quoniam ille arma, hic verò agriculturam docet. Elian. lib. 13. Var. hist. Plin. 14. Ejus libro olim pro Ephemeridibus rustici utebantur, ad testandam ejus sæculi simplicitatem etiam pro gnomis morum.

Modum plantandi digessit Solon Atheniensis legislator perquam artificiosè. Aliam arborem qui in agro suo plantaret, cum à vicino abfisteret pedes quinque imperavit, qui fescum aut oleam, novem: quò radices agant hæ longius, neque sit omnibus earum innocentis vicinia; sed & alimentum eripiant, & halitum efflent aliquibus insectum. Scrobem aut fossam qui ducere velit, cum recedere tam longè justè à fundo alieno, in quantum profunditatem depreffisset eam. Qui apud alvearia collocat, abfcedere à prius positus alienis pedes trecentos. Plin. in Solone.

De cultura agri præcipere, principale fuit etiam apud exteros. Siquidem & reges sceleret, Hiero, Philometor, Attalus, Archaleus: & duces, Xenophon, & Pæon etiam Mago: cui quidem tantum honorem senatus Rom. habuit, Carthagine capta, ut cum regulis Africæ bibliothecæ donaret, unius ejus duodeviginti volumina censeret in Latinam linguam transferenda (cum jam M. Cato præcepta condidisset) peritique linguæ Punicæ dandum negotium, in quo processit omnis vir clarissimæ familiæ D. Syllanus. M. Varro, octogefimum primum vitæ annum agens, de ea re prodendum putavit. Plin. lib. 18. cap. 3. & Columella lib. 1. Testatur M. Varro, Cassium Dionysium Uticensem ex eis 20. volumina in Græcum vertisse Germanonem, ac Sextilio prætori dedisse. Volat. lib. 17. Anthropol.

NUMA Pompilius Romuli successore, ut populum ad agriculturæ studium verteret, Terminum Deum coli voluit, qui agrorum limites discerneret, tanquam pacis & justitiæ in istidem custodem: agrosque divisit suis. Plin. in Numa.

Lege Kennethi Scotorum regis, femina, nisi nocivis granis munda, terra mandari vebantur. Qui sua culpa agros faciles nocivis herbis labefactari permitteret, ob primam culpam bove uno multabatur, ob secundam decem, ob tertiam verò agis ipsi pellebatur. H. Boeth. lib. 10.

MAGISTRI, PROPAGATORES, AGRICULTURÆ.

In specie, Præ Inventores

Cerealium, Leguminum.

Ægyptii duos suos Osiridem interpretantur Bacchum, Iridem verò Ceretem. Hac Osiris in uxorem sumpta, regnoque suscepto, multa contulit ad usum vitæ communis: Ejus enim virtute mutæ cibi gratia cædes hominum cessarunt. Invento enim ab Iride primum tritico & hordeo, quæ prius incognita hominibus, casu inter cæteras herbas obtulerant, ab Osiride verò eorum fructum cibi utilitate animadverta, omnes eo nutrimenti genere esse usos, tum propter cibi repeti suavitatem, tum quia utile videbatur, scyvitæ, crudelitatique promiscuæ causam abesse. Signa hujus inventæ segetis fuerunt, quod ab eis veteri lege & nunc quoque observantur, ut meliores æstare spicas maturas propè manipulum excerpant in dæx obligationem, atque Iridem invocent, honorem ei dæx venentibus frugis reddentes. Apud quosdam verò urbes in Iridis pompa inter reliqua triticum & hordeum ferri in memoriam reportorum. Leges quoque Iridem statuisset ferunt, quibus justitia æquè omnibus servaretur, vi atque injuria, timore pœnæ sublatis. Hac de causa præci Græci Iridem legitur appellatam, tanquam primam legum inventricem. Diad. lib. 1. cap. 2.

Omnium leguminum, faba excepta, inventrix Ceres. Neque, solum ferendi rationem mortalibus tradidit, sed & quo pacto

A pacto frumentum *cederetur*, & e paleis feceretur & frangeretur, docuit, teste Callimacho in hymno in Cererem. Satæ fuerunt & creverunt primæ fruges ad Cephisum amnem, qui per agrum Eleusinum multo concitatore cursu, quam in aliis locis, desertur, in campis, quos Rharios vocant, ut testatur *Pausan. in Atticis*; atque ibidem locus ostendebatur, ubi Pluto Proserpinam rapuit, & ubi Eleusiniurum fœmine primum ludorum in honorem Cereris instituerunt, non procul ab Agelasto petra vocata, super qua sedit Ceres, auditu casu Proserpinæ. Fuerunt tamen qui non solum Cererem auctorem fuisse dixerint, & inventricem factionis, sed Osirim & Isidem ejus uxorem, Bacchum scilicet, inventionis socium addiderunt; nam hi cum magno exercitu & cum magno tibarum fistularumque concentu orbem peragrassè, & agriculturam mortales docuisse, memorantur. Alii frumentum sua sponte natum fuisse in Sicilia dicunt, quod cum à nemine colligeretur, in terram rursus recidebat. Cecrops Athenarum rex eo auditu, misit qui colligerent, & ad se asportarent. Id cum Triptolemus prius cepisset, terramque arasset, & id visisset, ut quidam putant, ibi ubi novæ fiterint Patre, ut arbitrati sunt alii in agro Eleusino, messesque succidisset, commentarios postea de cultu agrorum scripsit, qui ad omnes mortales pervagati sunt. E qua re fabula fuit conficta, quod Triptolemus orbem terrarum, agrorum cultum omnibus mortalibus ostendens, peragrasset. Quod autem Bacchus unâ cum Cerere orbem eadem de causa peragrasset, videtur illud esse argumento, quod communia sacrificia apud Eleusinos Baccho & Cereri agebantur, ut testatur Sophocles enarrato, *Natalis Comes Mythol. lib. 5. c. 14.* Ovidius Triptolemo genus dat ignobile, referatque, ex præteritis narum muliercula, imbecillâ in infantia valerudinis; quæ mulier cum errantem Cererem hospitio accepisset, beneficio deæ filium firmiore recepit. Lactantium verò Eleusii, Eleusis regis, & Hiones filium facit, redditurque immortalæ à Cerere hospitio patris suscepta, alitum interdiu divino deæ lacte, per noctem verò igne reatum obturamque. Servius non Eleusium patrem, sed Celeum dicit. Eusebius alicum à Celso Triptolemo putat: Regnante, inquit, in Eleusii, quæ est Atticæ terræ civitas, Celso, appulit illic C. Triptolemus longa navi vectus. Atticorum ea fuit vulgaris opinio, Celei filium fuisse. Argivi non Celei, sed Trochili Hieropante, qui Argos propter inimicitias cum Agenore Argivo rege fugiens, in Eleusino Atticæ terram venerit, ubi ducta uxore Triptolemo genuerit, & Eubolea. Sunt qui Oceani & terræ filium fuisse autumant, quam ferunt fuisse Musei sententiam: fuisse verò Euborem & Triptolemo Dyuleus, ea est Orphei. Cherilus Atheniensis Rharum dat Triptolemo patrem, matrem verò filiam quandam Amphidryonis. Diodorus Herculem patrem & Philei Theoprotum regis filiam matrem, Hæic Triptolemo volunt fruges à Cerere datas, eumque consensu curru, quem alati per aera vehabant serpentes, unius quemadmodum Higinus air, rote, ne cursum moraretur, fruges orbi distribuisset, primumque Rharium agrum, qui est juxta Eleusin, semina accepisset, & reddidisset fructum: idè ex eo agro tuberes legebantur, ex quibus bellaria confecti solita erant in sacrificiorum usum: ibi & area Triptolemi fuit, & ara. At qui se rem veram hujus fabulæ existimant afferre, cum Eusebio videntur consentire. Nam Triptolemus scribitur Eleusii filium fuisse, Eleusina regem, quem sterilitate anni populum suis frugibus aluisse perhibent. Idem cum Triptolemus simili tempore præstare non posset, veritus popularem iram ac tumultum, longa navi, cujus serpens erat insigne, ex patria fugit, & aliquamdiu peregrinatus rediit, cum maxima frumenti copia: pulsoque Celso, qui eo absente regnum ibi occuparat, frumenta distribuit, populumque arare & ferere docuit. Hinc Cereris alumnus nuncupatus. Sunt qui non Celeum pepulisse, sed Lyncum tradant, à quo infidus impetitus fuerat. Hunc Lyncum Ovidius Scythiæ regem facit, quem Ceres, quod Triptolemo occidere tentasset, ex Lyncum homine lyncem animal fecit. *L. Vives in lib. 18. Augustini de Civ. Dei, cap. 13.*

Vitis, Vini.

Noë, qui cataclysmo superstit, primus vitem coluit, vinumque ex ea bibit, nec citra temulentiam, Eapropet à Latini Janus fuit dictus: Jein enim lingua Hebræa vinum significat. Sed id Græcia inventum ad Liberum patrem retulit, (sorum (ut videtur est) hominum faurix, ingeniorum-

que suæ gentis ad invidiam usque ostentatrix. *Sab. lib. 6. E. cap. 2.*

Vites & vini usum atque cæterarum arborum fructus Dionysium, quem Ægyptii vocant Osiram, invenisse, *Diodorus lib. 4.* auctor est, ubi dicit: Dionysium orbem cum exercitu perambulante, & vitem plantare, & ex racemis vinum torculari, ex quo ipsum Lenæum appellat, educte monstrasse. Et alibi vinum reperisse, & arborum fructus, testatur. Quamquam idem alibi dicit, vites ab eo non esse factas, verum terram cum cæteris plantis sponte sua tulisse. Martianus Capella de nuptiis Mercutii, tradit, eum apud Græcos tantum primum vini usum edocuisse, sicuti Saturnum apud Latinos. *Servius in 8. Æneidos, & Entropius.* Alii Icarium Penelopes patrem apud Athenienses id reperisse tradunt, eumque post dedisse pœnas, à colonis ebriis interemptum. *Propert. lib. 2. Eleg.*

Icare Cecropis meritis jugulatae colonis.

Theopompus Chius vitem apud Alpheum in Olympia repertam esse scribit. Quidam locus est ab Eli distans octo stadiis, in quo incola in Bacchanibus tres lebetes vacuos præsentibus exterius recludunt, ac iterum aperientes vino plenos inveniunt. Voluit Hellanicus, in Plinthia Ægypti civitate vitem primum inventam fuisse: quate Dion Academicus vini seu potus amator appellat Ægyptios. *Athen. lib. 1. cap. ult. Diphonophyl.*

Val. Probus 1. Georg. Ætolus, inquit, pastor Staphylus, cum Oenci capellas in pabulum deduceret, notavit unam præcipue succedentem à grege, laterioribus cæteris, recipientem se fetuis in præsepia. Cujus rei ut causam cognosceret, sequutus est eam clam, & in remota stirpe uvam edentem reperit: pomum incognitum sustulit, regique pedem Oenco, qui expressio humore delectatus, cum eum vestigare cognosceret miscere, Libero patri apposuit, accepto à se hospitio. Cujus rei cultum cum monstraret Liber, ut perpetua inventorum esset gloria, constituit, ut ab Oenco *Ætolus* appellaretur vinum, à Staphylo una *capillus*. Eulebius Dionysium quandam ponit Deucalionis filium, antiquiorum illo Semele nato, quem in Atticam terram venisse dicit, & ab eo vitem inventam, ejusque hospitium nominat Semacum, cujus filio caprea pellem donavit, sed id Cætopo adhuc regere. Eubolus tamen ante Cecropem tradit, quæque vinum streperum, & homines in sacrificiis aqua pro vino usos. *Lud. Vives in lib. 18. Aug. de Civ. Dei, cap. 12.*

Quod vinum ab Oenco fit denominatum, testatur Nicander Colophonius: Oeneco inde cavo cratere coersuit alma Vina herens. Menalippus Mileusis denominatum ab Oeneco prope vinum. Hecateus & ipse Mileusius vitem in Ætolia inventam fuisse affirmat, ita scribens: Orestes Deucalionis filius in Ætoliâ venit ad regem, atque in utero ferens, truncum illi peperit, quem postea ille jussit plantari, ex quo vitis uvatum fertilis nata est; deinde filium ejus plantam appellavit, unde Oeneco à vineis dictus est. Antiqui enim vineas Oenas vocabant, ut idem testatur. Ex Oeneco etiam Ætolus. Plato vini etymologiam in Cratyllo reddens, vini Oenecum dicit nominari, quia mentem nostram cogitationibus impleat. Vel certè quod celeriter vitæ, nomen obtinuit. Et Homerus ad etymologiam alludens: *Sibi beris magnum referes, mihi crede, juvamen.* Idem etiam cibos à juvando onasata nominavit, quia nos juvent. *Athen. lib. 2. cap. 1.*

Sunt qui in fuga Dionysii in Pontum, vini antiquitatis faciendi modum intelligant: suavius est enim vinum aqua infusa. Auctor est Theopompus, vinum nigrum apud H Chios primum inventum fuisse: & plantare, & vineas colere Chios primos ab Onopione Dionysii didicisse, qui, ut infusa habitaretur, causa extrit, cum aliis hominibus id impertiretur. *Athen. lib. 1. cap. 23.*

Olea, Olei.

Virg. Oleaque Minerva Inventrix. Plin. lib. 7. oleum & trapetas Atifacii Atheniensis inventum facit, ejusdem cuius sunt & mella: quinetiam & vinum, ut placet Aristoteli, qui eum doctum hominem facit, & à Musis educatum. Esti Diodorus olei exprimentis rationem ex Minervæ artibus, quas homines docuit, esse dicit. Oleam verò Minervæ esse factam omnes perhibent, ut Iannum Apollini, & esculum Jovi. *L. Vives in lib. 18. Civit. Dei, cap. 12.*

Arantionis.

Jugate Jovis inventum esse, veteres tradiderunt: à cuius nomi-

A nomine Græci *ζωζα* deduxerunt. Ipsum autem ajunt primum juncta junxisse, ut ea in frugum fatu nobis operam præstarent. Nam ante *Jovem nulli subigebant arva coloni*, inquit *Virgilius lib. 1. Georgicor.* Boves ad aratum, *Diodorus lib. 4. c. 5.* ait, Dionysium secundum ad Jove & Proserpina genitum, vel ut alii sentiunt, ex Cerere, primum junxisse, quom terra prius manibus hominum colebatur. *Plinio vero lib. 7.* teste, aratum Briges Atheniensis invenit: ut alii tradunt, Triptolemus. Quem Athenienses Celei F. Musæus Terræ & Oceani F. Orpheus verò Dyvalis F. & Eubulei fratrem fuisse ait, & à Cerere frumenta ferendi rationem accepisse, quod ex illis primum Ceres filiaë raptum cognoverit. *Pausan. in Atticis. Virgil. lib. 1. Georgicorum.*

— *Vnicuique puer monstrator aratri.*

At Trogus Habidem Hispaniæ regem populos primum docuisse boves aratro jungere, scribit. In Nysa Ægypti urbe Osyris, secundum Servium, aratum excogitavit.

Stercorationis.

STERCUTIUM Fauni F. stercoandi agros rationem primum in Italia docuit, cum Hercules eam è Græcia attulisset, Augæa rege inventore. *Plin. lib. 17. c. 9. & Macro. 1. 1. Servius Æneid. 9.* Plumum vocatum ascribit, sed à stercore Sterquilinum dictum. Pici patrem Saturnum, alii Stercen fuisse asseverant, à quo peritissimo agricola inventum ferunt, ut si modo animalium agri fecundatorem, quod ab ejus nomine sterces dictum est: unde & hunc quidam Stercutium vocatum ferunt. *D. Aug. lib. 18. de Civ. Dei cap. 5.*

AGRICULTURÆ STUDIUM. AMATORES.

Agriculturam exercentes.

ESAU filius Jacob gnarus venandi, & agriculturæ studiosissimus fuit. *Gen. 25.*

PHANES, Samueles F. ex vico Apthasi, fortune facta à Zelotis, in pontificem electus, & in vitus ab aratro abstractus, cum etiam quid pontificatus esset, nesciret. Sub eo capta est Hierosolyma à Vespasiano. *Ioseph. lib. 4. cap. 6.*

Univerfus populus litalæ colebat agros, donec Regem petiit, & Samuel ei dixit, quod Rex agros, & oliveta optima ab eis tolleret, &c. *1. Reg. 8.*

SAUL, & David, pastores fuerunt, & agricolæ.

Apud Indos agricole ita sunt à cæteris ferati, ut inter ingredientes acies, volantia tela, armorum strepitum, nihilominus omnes expertes curæ junctâ sibi munia obtant, nec lacestantur vel minimo. *Cælib. lib. 18. cap. 31. Antiq. Lett.*

PHRYGES tanto studio agriculturæ incumbunt, ut si quis inter ipsos bovem aratorem occiderit, aut instrumentum quodpiam ad agriculturam aptum furto sustulerit, morte puniatur. *Stob. Serm. 42. ex Nicolai de Gent. morib. hist.*

Lex est Atheniensium, Bovem aratorem, qui jugum tetiit, vel in aratro, vel plausuro, ne maches: quoniam ille etiam agricola est, & humano generi laborum socius. *Ælian. lib. 5. de Var. hist.*

Lex Solonis de bove nulli deo sacrificari licet, quia cum animal sit innocuum, & agrorum cultui deditum, in sacris machari vetuit: quippe veteribus tantæ venerationis erat, ut equè capitale esset, bovem quam civem necasse. *Alexand. lib. 3. cap. 12.*

PARI eos Milesios, quorum agri bene culti essent, aliorum dominos constituerunt. *Id. Vide Tit. Prudentis in secundis discordiis.*

GEO Syracusanus frequenter suos ad agriculturæ studium adhortabatur: partim, ut agri ad usum hominum meliores redderentur: partim, ne otio perirent. *Plut. in Reg. & Imperat. Apoph.*

PHILOPOEMENES Arcadum dux præstantissimus, sacrorum certaminum coronas omnino contempnit, agro, quem possidebat, colendo deditus, à venatione minimè alienus. *Pausan. in Arcad.*

Cum Harpalo præcepisset Alexander Magnus, ut arbores Græcæ Babylonem depangeret, & præcipue, quod tortidas ea regio & Solis ardoribus sit ambulata, ramolas, frondosas & umbrosas inter fructices infliteret: solam rejectit illa plaga hedera, licet multum elaboraret in eo, omniaque moveret Harpals: verum elanguit extruitque, quod estans sit ipsa, ideoque cum torrente misceri sociarique solo nequeat, sed fugiat consortium. *Plut. lib. 3. Quæst. convival. cap. 2.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

NUMA rex Posthumia lege, ex imputata vite libari vina E diis, nefas statuit, ratione excogitata, ut putare cogentur aliis aratores, & pigri circa pericula arbusi. *Plin. l. 14. cap. 12.*

ROMANI quantum agriculturæ studium amplexi sint, non tantum id ostendit, quod Consules, Dictatores, Senatores ex agris sæpè per viatores vocantur, item quod rustica perique cognomenta habuerint; sed illud quoque, quod præter urbanas tribus quatuor, reliquas omnes rusticas constituerint, à quibus transire ad urbanas Romano civi probro datum est. Apud eos etiam agrum malè colere, aut minus arare, quam vertere, censoria nota dignum putabatur. Octo itaque dies culturæ agrorum veteres impendebant, nonum urbanis rebus & nundinis. *Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11. ex Gellio.* Viri magni nostri majores (inquit Varro) non sine causa præponebant rusticos Romanos urbanis. Ut ruri enim qui in villa vivunt, ignaviores quam qui in agro versantur in aliquo opere faciundo: sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant. Itaque annum ita dividerent, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis septem, ut rura colerent. Quod dum servaverunt institutum, utrumque sunt consecuti, ut & cultura agros fecundissimos haberent, & ipsi valetudine firmiores essent. *Varro lib. 2. præmio de Rustica. Item lib. 3. cap. 1.* inquit: Non solum antiquior cultura agri, sed etiam melior. Itaque non sine causa Romani veteres ex urbe in agros redigebant suos civos, quod & in pace à rusticis alebantur, & in bello ab his tuebantur. Nec sine causa Terram eandem appellabant matrem & Cererem, qui enim eam colerent, piam & utilem agrere vitam credebant, atque eos solos reliquos esse ex stirpe Saturni regis.

Cerati ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fere in Italia. At urbis anno dccc. is primum venit à Pontio, annique centum viginti trans Oceanum in Britanniam utique pervenere. Eadem in Ægypto nulla cura potuerè gigni. *Plin. lib. 15. cap. 25.*

SERVILIUS Vacia vir prætorius, tempore Senecæ, nulla re alia notus fuit, quam villa otio, quam prope Cumas possidebat, in qua consenuerat. *Seneca in epist. 55.*

DOMITIANUS Imperator advertens summâ vini ubertatem G frumenti verò inopiam, existimans, nimio vinearum studio negligi arua, edixit, ne quis in Italia novellaret, utque in provinciis vineta succiderentur, relicta ubi plurimum dimidia parte: nec exequi rem per se verebatur. Ea propter Apollonius Tyaneus eunucham terram esse à Domitiano factam conquestus est. Scopelionem autem sophistâ ab Asiaticis legatus ad Imperatorem missus, facile illum ab hac sententia abduxit. *Cal. lib. 20. cap. 11. A. L. ex Suet.*

PERTINAX Imp. quicquid inculti soli vacabat, occupantibus adjudicavit: decemque annorum immunitatem ac perpetuam libertatem agricolis concessit. *Cusps.*

AURELIANUS Imperator vinum gratuitum populo dare cogitaverat, ut oleum, triticum, & suillam catiem; quod ut aliquando fieret, à Valeria via per Hetruriam ad Alpes utique omnia aprica Appennini juga vitibus ferere in animo habuit, captivorum multitudinem inducitur, si locorum domini novellare nolissent. Rem jam dudum inchoatam auctoris præmaturus exitus discussit. Fuerunt qui crederent, Carî præfecti prætorio monitu incepto destitisse, qui diceret futurum, ut si gratuitum populo vinum daretur, gallinacæ & anseres quoque deinceps dandi essent. *Sab. lib. 7. Enn. 7.*

THEOPERICUS, Ostrogothorum in Italia rex, ad frequentandas urbes edicto jussitoto anni tempore, præterquam tribus messium & autumni mensibus, civitates & oppida frequentare, obire munera, quibus antea quietissimis Reipublicæ temporibus consueverunt. Non solum enim agrestes tunc, sed etiam honesto nati loco, motibus fatigati, quibus tamdiu Italia jactata fuerat, rura incolabant. *Cyranus lib. 3. Suecia, cap. 13.*

JOANNES Ducas Imperator tantum terræ arationi & vineis plantandis idonea usurpavit, quantum satis fore putavit ad suam mensam, & ad eos sustentandos, quos pro liberalitate sua fovendos susceperat. Hierant senes, pauperes, & variis afflicti morbis: quibus & domicilia assignavit, & curatores præfecit, qui & agros colere, & vineas plantare scierent. *Gregoras lib. 2. Hist.*

CAZIMIRUS secundus Polonoorum rex, cum Polonium atque

A acque Russiam partim bellis superioribus, & excursionibus barbarorum, partim pestilentia exinanitam, minus cultam, minisque populosam esse cerneret, Teutonij generis hominibus, sive accitis, sive ultro venientibus, agros attribuit. Sunt enim frugaliores ac diligentiores in re paranda ac tuenda Germani, quam Poloni, & lautius habitant: ita ut facile etiamnum appareat per pagos & oppida iter facientibus, ubi illi, ubi Poloni habitent. Videmusque ruere muros oppidorum quorundam, ab illis, quod vel nomina testificantur, conditorum, postquam a Polonis habitantur, & administrantur. Fuit autem Rex in Teutonas, & in ceteros oppidanos & aggresses propensior, & indulgentior Cazimirus: nec eos in gravioribus laboribus, vel exactionibus, aut ullis injuriis prefectorum suorum, sive adeo procerum atque nobilitatis, premi passus est, animadvertendo in eos, qui aliquid ejusmodi ausi essent: ita ut vulgo rusticorum sive plebeiorum rex vocaretur. Nec ipsos modò Teutonas jure suo Saxonicò, sive Magdeburgensi uti permisit; sed suis quoque Polonis id indulsit. Cromerus lib. 12.

ABERTUS Comes Bonius, Patavinus consul anno Salutis millesimo centesimo nonagesimo tertio creatus, primus è Dalmatia petitis vitibus Euganeos colles concessit, & patriam, quæ peregrinis vinis prius uti cogebatur, suavisimo & copiosissimo liquore beasse fertur. Bernard. Scardoneo lib. 3. classe 13.

Ex septem tribubus Indorum secunda est agricolarum, qui multitudine superantes ceteros, à bello reliquoque opere liberi, solis agris colendis tempus impartiuntur. Nullus hostis eos læscit, neque spoliat; sed existimans, illos in communi utilitate versari, ab omni injuria abstinet. Ita soluti metu agricolæ, terramque liberè colentes, rerum afferunt ubertatem. Vivunt autem in agris cum uxore ac liberis, neque in urbes comment. Dant Regi (omnis enim India subdita est regibus) tributum. Nulli privato licet ausos possidere. Præter tributum, & quartam quoque fructuum partem regibus impendunt. Diodorus lib. 2. cap. 10.

GELONI Scythiæ populi, agriculturæ operam dantes, frumento vicant, hortos possident. Herod. lib. 4.

Apud Egyptios plerique agricolæ sunt exacti, qui omnes ad vocem cuculi coguntur esse in agris. Eras. in Adag. Apud Epidaurios octoginta & centum viri erant, qui reipubl. regimini præerant. Ex his legebant senatores, quos Atynos dicebat. Populus autem maxima ex parte ruti agebat. Vocabantur Cornipes: quòd, ut conjicere licet, cum ad urbem descenderent, ex pedibus cognoscereentur pulverulentis. Plin. in quest. Grecis.

Stephanus, qui de urbibus ac nationibus scripsit, docet Pelagos vocatos à Grecis qui Italiam incolabant, illos, quorum opera uterentur in agris colendis: cum rustici homines, & qui eo studio alerentur, diversis nominibus ab aliis gentibus appellarentur. Primos autem tradit Chios utos esse mancipios, ut Lacedæmonii iis, quos Iotas vocabant, & Argivi Gymnesis, Sicyoniique Corynephoris, Italotæ Pelagis, Cretes autem Dmoitis: hæc enim omnia nomina erant generis hominum in subigendis glebis occupati. Plinius lib. 1. Var. lett. 10. enarrans locum Civ. 2. de Fimb. de Pelagis ab aratro insitar Cincinnati deletus.

MYSON Chenæus, vico Laconicæ, patre tyranno ortus. Cùm ab Anacharside interrogaretur Pythia, Quis se esset sapientior, respondit, Mysonem Chenæum. Anacharsis eò profectus, cum reperit æstate stivam aratro aptantem. Laert.

Gelo Syracusanorum tyrannus, Carthaginiensium 150. milia cecidit, totidem cepit. Siculorum singula civitates eos, quos sibi fors dederat, pro servis habuere, publica que per eos opera & labores exercebant, quorum maxima Agrigentinis multitudine cùm obtinisset, urbem agrosque suos eorum opera excolere: tantus namque numerus eis captivorum erat, ut plerique inter eos privati quingentos in vinculis haberent. Diod. lib. 11. cap. 1.

ESSENI, Judæorum secta, agriculturam exercent, servis & uxoriibus carent. Joseph. lib. 18. c. 2. & Plin. lib. 5. cap. 17.

GLAUCUS Carystius agricola, inde Pugil.

Vide Tit. Pugnatorum.

Tullii Hostilii III. regis Rom. pater agricola fuit. Valer. Max. lib. 3. cap. 4.

ROMANI agricolæ facti à Numa rege.

Vide Tit. Agri distributi, dono dati.

Æquis Rom. consulem in Algido monte obsidentibus, I. E. Quintius Cincinnatus Dictator omnium consensu dicitur. Colebat is trans Tiberim quaternum jugerum transiata Quintia deinceps nuncupata. Hunc cum in mandatis patrum legati, ut eum in urbem deducerent, venire. Constat, agressi operi intento sub proximo tugurio deproptam, à Raccilla conjuge togam ex proximo tugurio accepit, à Raccilla conjuge togam ex proximo tugurio accepit, absterfimusque toto corpore pulverem. Navis illi publicè parata, Tiberique transectum tres filii venientem primò, mox propinqui & necessarii, inde patres ceteraque multitudo gratulabunda exceperit. Sabell. lib. 3. Enn. 3. Sumptis itaque insignibus, O. Minutium consulem in Algido monte oblesum, obsidione liberavit. Unde à Minutio & ejus exercitu corona aurea obsidionali donatus est. Vicit hostes, duces eorum in dedicationem accepit, & in triumpho ante currum egit, XII. die quam acceperat, dictatorem deposuit, & ad agrum reverfus est. Iterum post annos XX. Dictator dictus est. Livius.

ARCADES qui se omnium mortalium antiquissimos venditabant, pastores & agricolos fuisse, historia testantur. Unde Poeta:

PAN (Dæus Arcadiæ) qui curat oves, aviumque magistros.

ATIULUS Seranus, à serendo cognomen adeptus, agriculturæ studiosissimus, dari sibi in Africa secessorem postulavit, ne villa sue pauca jugera quadam pessus irent, mortuo villico, cujus industria uxorem & liberos alere consueverat. Senatus, ne inchoatum bellum omitteret, operam dedit, ut ager ejus coleretur, & uxori & liberis publicè alimenta præstarentur. Plinius in Dialogis ad Primum, de vera hominis Nobilitate.

M. CATO Seniorior agriculturæ intendit in juventute etiam propter emolumentum: nam duobus generibus duntaxat questus ait se usum, agriculturæ & parumonia: tunc opera rustica præbebant ei oblectationem, & contemplationem. Scripsit quoque de Re rustica librum, in quo etiam de placentis apparandis, & de condendis pomis scripsit: omni in re, ut excelleret, & singularis esset, elaborans. Plin. in Catone. Illius ævi confessione optimus, & sine æmulo agricola. Plin. lib. 14. cap. 3.

Ille prædivites, ait Valer. Max. qui ab aratro accersiebatur, ut consules fierent, voluptatis causa, sterile atque æ. G. stuosissimum Pupinæ solum versabant; deliciarumque ignari, vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant. Imò verò quos pericula Republicæ Imperatores asserabant, angustia rei familiaris bubulos fieri cogit.

SPANUS rusticus Lusitanus cervæ hinnulum candidum O. Sertorio dedit. Vide Tit. Exsistinationem, auctoritatem, honores divinos sibi comparare.

HYRCANUS à patre Judæorum principe ad arandum terram in solitudinem missus. Vide Tit. Indolis ethicæ exploratio.

DIOCLETIANUS Imp. postquam XX. imperavit annos, imperium Nicomedicæ exiit, in privatam ordinem se redegit. Non longè à Solonis urbe Dalmaticæ in villa sua palatio consenuit, agriculturæ, maxime hortorum voluptati, operam dedit. Vixit ibi annos X. Mortuus, solus omnium privatus inter deos est relatus. Aven. lib. 2. Annal. Boiorum.

Licinii Imp. Rom. ex Dacia oriundus, Patre agricola. Ful. lib. 3. cap. 4.

Basilii Macedonis Parentes (ejus qui Michael Theophilus F. interfecto, Constantiopolitanum regnum invavit) cùm in agro rusticarentur, & puerum in Sole dormientem ponerent, aquila ex alto devolans, passis aliis dormienti puero umbram fecit. Mater territa, ne quid mali infans à rapace pateretur alite, tremebunda occurrit, aquilam lapidibus abegit. Qua reversa ad opus, aquila iterum delapsa, aliis puertum obtexit. Mater denud vociferans, avem conspiciata, accurrit; sed intra se rediens, omen accepit, filiumque futurum regem conjectavit. Cyprian. in Xen. & Cædæna.

Devorato à muribus Popiolo juniore Polonorum principe, cùm proceres in arce Cruvia convenissent, & studia circa principis novi electionem variarent, Crusifvicia oppidanum Plautum nomine, Cossificos filium, agello colendo & mellificio vitam sustentantem, hominem simplicem & justum, & beneficium in egenos, atque hospitalitem, regem dixere. Cromerus lib. 2.

HAY Scoti ejusdemque filiorum incredibile fuit robur. Is enim cum duobus filiis, Danos victores vertit in fugam, non clava.

A clava, aut gladio, sed aratro. Data sunt illi prædia villæque cum nobilitatis insignibus, ut nunc etiam familia maneat. Camporum magnitudo, quæ sex millia passuum longitudinem habet, latitudinem quatuor, declarat, quam insigne fuerit factum horum rusticorum. Car. de Rev. var. lib. 8. c. 47.

BAMBIA agricola, à Leone pontifice ad Hispaniæ regnum evectus, Mauros devicit. Ritus lib. 2. Reg. Hispania.

Othomannus I. Turcarum princeps, agricola Patre natus. Egnar. lib. 3. cap. 4.

Non desuere, qui dicerent, ut Sforcianis demùm principibus novitas generis oblectaretur, Magnum Sforciam paterno in agro ita operis præfuisse, ut & sua manu faciundo operi vomeres, & ligones strenuè tractaret, quod vel ob id invidiosè confectum videtur, quoniam tredecim annorum puer in Boldini castra concesserit, neque inde redierit, nisi questus ordinis miles. Sed jucundo proflus mendacio fabula fident fecit perennis fama, quæ manavit ad posteros. Ferunt enim, Jacobum Attendulum (jam inde à generis Jacamuzzam appellatum, & post à Latinis scriptoribus Jacobum Mutium) quum agrum foderet, duro labore fatigatum, ab ea indignitate operis suspensus in cælum, & de tota vita fortuna vota suscepisse, ea sorte precatum deos, ut voto benè verterent, evitasseque proinus ligonem in prælatam quercum, ut credi par est, antiquis Marti consecratam, eo animi decreto, ut si decideret, eum æquissimè ad perpetuum laborem esset resumpturnus: at si ramis hæssisset, castra continuo sequeretur. Verùm Marti ligonem Fortuna appendit, ut satis viam aperiret. Gloriabatur hac fabula Franciscus pronepos, quod vel ob familiaris nomen nequaquam antiquæ nobilitatis, sed spectatæ virtutis auspicio niteretur: adeò, ut cum mihi (inquit Jovius) humaniter attem, ab excellenti munitione structuræque toto terrarum orbe longè clarissimam, armamentariis patefactis ostendi jussisset, conversus læto ore: Et hanc, inquit, P. Jovi, quam miraris, & hoc imperium quo potimur, ab illo ligone habemus, quum felici nocte forre in arborem à proavo contortus, fatalique ramusculo suspensus minime decidisset. Unde & illud Pontani in defunctos intemperanter genium dentem exercentis, cum dixit: Dux aratro Sforcia. Quasi non in summa gloria fit, aut certe dispudat C. Marii exemplo ex aratro imperatorem evasisse. Jovius in ejus vita.

Francisci Cramaniolæ ducis clarissimi Pater fuit agricola Albrox. Vide Tit. Obscuro orti loco ad magistratus profanus evectus.

Et qui Romanorum Pontificum vitam & annales excuriat, plures reperiet filios agricolarum, uti fuerit Sylvester Adrianus, Sylvester, & alii.

Voive contenti colitis & collibus istis O Pueri: Marfus dicebat, & Henricus olim, Vestisque senex: panem queramus aratro Qui satis est mensis.

Iwen. Sat. 14.

Circa Hortos. Hortulani. Hortorum cultura, studium.

Hortorum curam esse familiarem Egypto, scribit ex Calixeno Athenæus; quamobrem accedente aeris temperatūra, florum copiam quacumque anni parte abundè suppetere, præter aliarum rationem terratum. Quo ductus argumentum D. Martii lib. 6. Epigram. sic jocularur:

Vt nova donatis, Casar, Nilotica tellus Miserat, hybernas ambitio sasaras, Navita derisit Phario Memphis hortos, Vrbis ut intravit limina prima tna.

Cælius lib. 18. cap. 37. Antiq. Lect.

Fuere Syri quandoque in hortis operosissimi: quod Plinius scribit, producta inde patæmia, Multa Syrorum olæta. Cat. lib. 18. cap. 34.

Tharsius Amphias, cum ex hortulano potens esset, & in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset: mox subjecit: Sed & nos de eisdem feminibus sumus, & omnes pariter letos fecit. Macrobi. lib. 7. cap. 3. Saturn.

Hortos primus instituit Athenis Epicurus otii magister. Ulys ad eum, moris non fuerat in oppidis habitari rura. Romæ quidem per se hortus ager pauperis erat. Ex horto plebei macellum, quantò innocentiore victu! Plin. lib. 19. cap. 4.

ALYNUM inops & obscurus homo, in hortu quodam vivens, atque ex eo se alens, à militibus ad Alexandrum Magnū in obloleta plagula adductus, rex est Paphi defici.

L. B. Theaur. vit. Human. Tom. I.

gnatus, ac purpuram induit, fuitque in numero eorum, qui E Regis amici dicebantur. Plat. de Alex. forr.

ABDOLOMINUS quidam, longa cognatione regie stirpi annexus, incolabat ab omni armorum strepitu remotus suburbanum hortulum, multa parsimonia. Eum Alexander Magnus capta Sydone regem salutari fecit. Cæterum multis ejus inopiam & fordes criminantibus, ad Alexandrum petuctus: Haud, inquit Macedo, viti indoles famæ generis repugnat, videndum est, quo animo inopiam tuleris. Tum ille: Utinam, Alexander, sic regnum ferre possim. Hæc manus satis ad victum fuere, nihil habenti nihil defuit. Eo sermone Alexander delectatus, ex Persica præda dona dedit, regionemque vicinam ejus ditioni subjecit. Sabell. lib. 4. Emæad. 4.

PAULINUS Nolanus antistes, quum Vandalico bello omnem in suis popularibus redimendis domesticam pecuniam consumpsisset, seipsum postremò barbaris captivum obtulit, ut suus viduæ filius restitueretur, servivitque in Africa apud Gensericum Vandalorum regis generum, ignoto habitu, estque brevi morum dexteritate illi insinuatus. Enim verò quum hortum coleret, nunc flores, nunc olentes herbas herili mensæ inferens, tempestivo alloquio facile concitatus est, ut multò honestius coleretur, quam præfens fortuna polceret. Quinetiam herum hortatus dicitur, ut suis rebus maturè consuleret, fore, ut paucis diebus Gensericus ex humanis decederet.

Circa Vineas. Vinitores.

Quidam memoriae prodiderunt, quòd Bacchus ætate confectos Silenos in Italia reliquit, cum ad bellum adversus Tarfentes exiturus esset, quibus mandavit, ut vines curarent, quò vini ferax efficeretur Italia. Quare posteri status deinde Silenorum, vinum in urtribus ferentes, ad perpetuam Silenorum memoria erexerunt, ut testatus est Androcion in lib. de Sacrificiis 2. & Dionysios. Natalis Comes Mytholog. lib. 5. cap. 8.

Summam in agricultura adeptus est gloriam Acilius Sthenelus & plebe libertina, LX. jugerum non amplius vineis exultis in Nomentano agro, atque cccc. numum venundatis. Magna fama & Veruleno Egialo perinde libertino fuit in Campaniæ Jure linterno, majorque etiam favore hominum, quoniam ipsam Africanicam colebat exilium. Sed maxima ejusdem Stheneli opera Rhemio Palæmoni, alias Grammatica arte celebri, mercato rus oc. numum in eodem Nomentano, decimi lapidis ab urbe diverticulo. Hoc agrestis excolere, non virtute animi, sed vanitate primò, quæ nota mirè in illo fuit, pastinatis de integro vineis cura Stheneli, dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octavum annum cccc. numum empori addicta pendente vindemia. Curritque non nemo ad spectandas uvatum in iis vineis strues. Anneus Seneca sub Nerone quadruplicato vineas illas emit intra decimum ferè cutæ annum. Plin. lib. 14. cap. 4.

Circa Olera. Olitores.

Hic curam olerum consideramus. Ipsa venditio ad præ-

stantiæ pertinet, de qua sub loco Mercaturæ.

S. Hier. Rusticum Monachum compellans, ita scribit: Cur tu in ulus tuos successura non præparas? vel sicellam teje junco, vel canistrum lentis pecke viminibus. Sarriatrum humus, arcolæ æquo limite dividantur: In quibus cum olerum jactata fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aque ducantur irriguæ. Hic pulcherrimorum vesium spectator adfites:

Ecce supercilio clivis tramissis undam Elicet: illa cadens ravaum per devia murmur Saxa ciet, scatebitque arenaria temporat arena.

AGRICOLÆ DILIGENTES,

ingeniosi, seduli, opulenti.

ISAAC Patriarcha, dum peregrinaretur in terra Chanaan, agros conduxisse legitur è Geraris: Sevitique, ait Scriptura, in terra illa, & invenit in ipso anno centuplum, & locupletatus est homo, donec magnus vehementer effectus est. Gen. c. 26. Et quamvis hæc ubertas, quòd nempè uno modio se seminato, centum meteret, adscribatu Dei benedictioni, qui eum volebat locupletare: tamen etiam ipsi Isaac debebatur, qui strenuè laborans, colebat agrum suum, quantum poterat, optimè: idcoque ille cultor suo mestem referebat. Agro enim benè culto nihil ubertius, inquit Cicero lib. de Senect.

Apud Romanos, Prisci Senatores & Dictatores colebant agrum quinque jugerum, & abundè sufficiebat toti familiaris alendræ: postquam per famulos coluerunt, vix maxima

A latifundia suffecerunt; neque enim hi ita strenue eos colebant, ac si ipsi agrorum domini. Siquidem agrorum fructus cultura constant. Et ideo fertilissimum in agro oculum ac pedem domini dixerunt veteres: Et veluti oculus domini equum; ita agrum pes domini impinguat.

Aginæ insulæ è regione Atticæ incolas, Myrmidonas appellatos memorant, non quomodo in fabulis canitur, quod ingenti invalescente pestilentia formicæ, Æaco præcænte, in homines versæ fuerint: verum quia formicarum more, terras fodientes, ad petras transportarent, ut agricolandi materiam haberent; fossas quoque incolerent, ne in lateritiis domibus sumptum facere cogentur. *Strab. l. 8. Vide Tit. Metamorphos. var. l. 8.*

LIGURES, cum continuo agrorum exercitio fatigarentur, feminas quoque rustico operi aduiferunt. Operis tum vitorum tum mulierum invicem pretio conductis, mirabile unius femine factum contigit, quæ prægnans cum viri opus mercede faciens, ingentibus partus doloribus abscellit inter virgultus ibique abque ejulante infantem editum, foliisque involutum cum absconditum dimissit, ad opus nihil de partu locuta, rediit. Sed re ad vagitum infantis cognita, qui operibus præerat, non permisit matrem à labore quiescere, donec tandem infantis missetus, præbita mercede mulierem dimisit. *Diod. lib. 4. cap. 3. & Strabo lib. 3.*

Erant Milesiorum res domestica seditione concussa. Postremo malorum, quæ invicem perpessi fuerant, facietate capti, Partos domesticarum contentionum arbitros Milesii fecerunt. Hi quam Mileti venissent, omniaque ruinis oppleta cernerent, campetrem regionem perlatrare se velle pronuntiarent. Ibi si qua prædia nitidiora cultu oculis occurrerent, eorum qui possiderent, nomina perscribere: mox in urbem reversi, populoque ad concionem vocato, urbem his administrandam commiserunt, quorum fundos optime cultos invenissent: præfati, videri sibi eos ita publica ut sua curaturos. Ceteri quorum res inculte repperat, quia seditionum studiosi, propria neglexissent, melioribus parerent. Atque in hunc modum Partii Milesiorum civitatem, utili ad civilem vitam institutam exemplo, composuisse dicuntur. *Sab. lib. 8. En. 2. ex Herod. lib. 5.*

Lysander Lacedæmonius, cum ad Cyrum minorem Persiarum Regis Artaxerxis fratrem venisset, in hortum ductus, admiratus & proceritates arborum, & directos in quinque ordinem, & humum subactam; Cyrum interrogavit, A quo essent arbores plantatæ, & cujus solertia tam apte dimensæ? Cui respondens Cyrus, ait: Atqui ego ipse sum ista dimensus: mei sunt ordinem, mea descriptio; mea enim manu sunt fate. Tum Lysander purpuram ornatumque Persicum multo auro intuens, dixisse fertur: Rectè, Cyre, te beatum ferunt homines, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta est. *Cic. in Catone.*

C. Furius Crepinus è servitute liberatus, cum in parvo admodum agello maiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque (ut ait Piso) benè cutatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves faturos. Postea dixit: Veneficia mea, Quiritès, hæc sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lacerationes meas vigiliæque & sudores. Omnium sententiis absolutus est. *lib. 18. cap. 6.*

ESTOLONUM gente Rom. primus id nomen meruit, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo, quia effodiebant circum arboris radices, quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabat. *Varro lib. 1. c. 2. de re rustica.*

C. Tremelius Scrofa, vir omnibus virtutibus politus, de Agricultura Romanus peritiss. à Varrone judicatur: cujus fundi propter culturam jucundiore spectaculo erant multis, quam regie polita ædificia aliorum. *Varro lib. 1. de re rustica.*

M.ASINISSA Rex Numidiæ in agrorum cultura usque adeo excelluit, ut singulis filiis reliquerit agrum decem millium jugerum, omni instrumento ornatum. *Diod. Sic. lib. 32.*

P.OMPEJUS Columna Cardinalis, dum præfectura regni Neapol. administratione nomine Caroli V. Imp. Rom. fungeretur, villam non longè à maris litore, quæ in occasum plagæ illa hortorum amenitate pernobilis ad Coecæi cryptam

extenditur, citriorum sylva & marmoreis fontibus exornata: in eaque adeo multus erat, ut sua manu agriculturæ peritissimus semper purpuratus atubusculas insereret, spectantesque populo, cum Neapolitanis hortorum amantibus impensè studenter, de vario seminum genere, deque oleorum nobilium, & peregrinorum florum plantatione disserterem. *Jovius in Pomp. Columna.*

R.OMANI quidam in Valeria familia patricia Lactucini appellati sunt, ob diligentem lactucarum curam. *Plin. l. 19. cap. 4.*

D.IOCLETIANUS cum se Imperio abdicasset, Salonam in patriam concessit, ibique agriculturæ vacavit. Mox ad Imperium cum revocaretur, vocatis in hortos suos legatis, rogavit eos, lactucas aspicerent, quas manu sua & levissè & coluisset. Quo dicto declaravit, plus se vitam illam quietam & tranquillam facere, quam redire ad Imperium administrandum. *Pontanus lib. 2. c. 5. de Fort. domest.*

M.ATRILIUS Episcopus Andegavorum olitor factus. *Vide Tit. Penitentia religiose.*

M.endanius Hispanus sub arce Molis Hadriani vetulam Oltoris uxorem laqueo pro janua suspendit, quod illa expetenti Pontifici Clementi VII. à Caroli V. exercitu obfesso, binas lactucas in fossam opera pueri funiculo alligandas, & sursum extrahendas projecisset: sic ut detestabili ejus suspendi spectaculo, prospectantis Pontificis oculi gravissimè per sex dies offenderent, illeque iusta indignatione pernotus, hominem usque adeo impium execratus, pari supplicio devoveret. Is cohortis Cæsarianæ præfectus, ad Monopolim glande frontem penetrante, anno MDCXIII. occubuit. *Jovius lib. 26. histor.*

C.irca Vites. Vinitores. In Perside Susiana, cum vites non nascerentur, Macedones ibi & in Babylone eas conferunt, non scrobes faciendos, sed palos quosdam in extremo ferratos in terram descendendo, postea adducendo, & palmites demittendo. *Strab. lib. 15.*

D.omitianus Imperator, ut Apollonium apud Philostratum inquit, terram fecit eunucham, & novellam libertatem cultoribus eripuit. Nam cum frumenti inopia ob vinearum studium & aruorum negligentiam provenisset, edixit, ne quis in Italia novas vites plantaret. Sed rem exequi minime perseveravit, quod libelli in Domitianum spargebantur, quibus carpebantur. Cum edixisset, ne in Asia vites haberentur, quoniam vini ubertate seditionibus agitari videretur: legatus ad Imperatorem missus Scopelianus sophista, eloquentiæ suæ vi non solum id consecutus est, quod erat caput, ne cui fraudi esset, plantare vites; sed insuper, ut poena irrogaretur, qui eo munere abstinuissent. *Cel. lib. 20. cap. 11. ex Philo.*

P.robus Imperator, quia Galli, Hispani & Britanni contra Proculum & Bonosium tyrannos auxilio fuerant, fecit his potestatem conferendæ vitis, ac conficiendi vini. Ipse Alimum montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossam vitibus conlevit. *Cuspin.*

Circa Arbores. Arborarii.

A.rborum culturam Eumolpius Atheniensis primus invenit. *Plin. lib. 7.* Aliis Dionysius. Inferendi arbores modum Saturnus. *Macrobi. lib. 1. Saturn.*

T.heocritus Syracusius Dionysium primum fuisse pomorum inventorem testatur: similiter & Neoptolemus Parianus in Dionysia. *Athen. lib. 3. cap. 4.*

S.ofibius Lacon ubi ficum à Dionysio inventam fuisse demonstravit, idcirco, inquit, Dionysium System apud Lacedæmonios venerari. Naxii, sicut Andricus & Agathenes, Placidum ajunt dici Dionysium ob fructum ficum traditum; quæ etiam de causa efficitur, ut Dei Dionysii, qui Bacchus appellatur, facies apud Naxios vitea conspiciatur. Dei autem Placidi facies est ficulina, quia ficus Placiæ dicitur. *Athen. lib. 3. c. 3.*

M.ILES Artaxerxi per Persidem equitanti malum punicum maximum obtulit dono. Rex magnitudinem ejus admiratus, interrogavit: E quonam horo deproptum hoc donum mihi adfers? Illo verò respondente, dono sua & ex suis agris: gavissus Rex supra modum, missis regis munerebus virum ornavit, & Per Solem, inquit, iste homo tali curatione & diligentia poterit etiam civitatem, meo quidem iudicio, ex parva ampliore reddere. *Ælian. lib. 1. de var. bist. Æmilianus ait, Jubam Mauritanie Regè meminisse de citrio*

A.trio in suis de Libia commentationibus, quod pomum apud eos malum Hespericum dicit nominari: à quibus fama est Herculeum aurea mala sic ex colore nominata in Græciam postea detulisse. Scriptum apud *Asclepiadem l. 60. rer. Egyptianar.* reperitur, Terram in Jovis & Junonis nuptiis malum illud emisisse. *Arat. l. 2. c. 5.*

AGRICULTURÆ OFFICIA VARIA

citra culturam agrorum. *Vel enim agrorum cultores Arant.*

E.LISÆUS Saphat F. Abelmehulanus, cum XII. boum jura præ se agens araret, ab Elia injecto pallio vocatus (justi Domini) prophetae caput, & Eliam secutus est. *3. Reg. 19. Ecyrii,* qui regionem suam, quæ mollis & cava est, colunt, nullatenus indigent aratro: sed quando Nilus recipit se aris rigatis, insequuntur, ac patcos eò agunt, qui conculcandæ & rostro sodiendo citò tellurem ex imo verunt, fementemque contegunt. *Plur. l. 4. qu. contrav. 5.*

G.ORDIUS, dum conductis bobus agrum coleret, aves omnium generis circumvolantes, illum ex infima fortuna ad summum honoris culmen processurum ostenderunt. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 31. & l. 5. c. 13.*

P.RIMISLAUS ab aratro ad regnum Boemæ vocatur. *Vide Tit. Observo orti loco, qui clari evasere dignitatis profanis.*

S.AMOGYTA terram non ferro, sed ligno profcindunt: quod è magis mirandum, cum terra corum tenax & non atenosita sit. Aratur ligna complura, quibus vomeris loco utuntur, secum portare solent, scilicet ut uno fracto, aliud atque aliud, ne quid in mora sit, in promptu habeant. Quidam ex provincia præfectis, quò provinciales graviore labore levaret, multos ferreos vomeres fabricari fecerat. Cum autem eo sequentibus annis legetes quadam caeli interperie expectationi agricolarum non responderent, vulgus agrorum suorum sterilitatem ferro vomeri pertinaciter ascriberebat, nec aliud quicquam in causa esse putabat. Præfatus ergo vulgi seditionem metuens, amoto, ferro suo eos more agros colere permisit. *Guag. in descript. Lituania. Palsium.*

C.ITHORENSIUM ager insperso pulvere sepulchri Zethi & Amphionis redditus fertillior. *Vide Tit. Deorum monumenta colere, conservare.*

E.ustathius Iliad. 2. refert, Æginetas olim insulam suam, quæ æthera erat & saxosa, fertile reddidisse ea ratione. Scrobes altissimos effoderunt, & terram pinguem foris egestam, per superficiem soli ea altitudine straverunt, quanta agriculturæ necessaria videbatur. Et quia eo ipso formicas imitari videbantur, occasionem fabule, quod præcibus Æaci ex formicis in homines mutati fuerint, novoque Myrmidonum nominis dederunt. Alii verò ajunt, Æacum ea justitiæ fama apud vicinos populos fuisse, ut cum prius deserta esset insula, repente frequentissima habitari cæperit, & propter hanc inopinatam multitudinem datum fabulæ locum, quasi ex formicis nati essent homines, & non aliunde advenissent.

L.itiani & Rutheni albi agros hoc modo præparant. Circa festum divorum Petri & Pauli in æstate, ad festum usque Assumpt. B. Mariæ, nemora, myricæque excindere solent: quam excisionem arborum vulgatiter Lada appellant: eam, si nemus densum fuerit, stramine superferunt, per dhyemenque sic durare patiuntur. Vere etiam postea redeunte, post Paschatis festum flos torrido aliquot diebus ingruente, illam prostrationem prædictam arborum, stramine superposito superstratoque succendunt, & in cinerem comburant (ubi enim terra non combureretur, illic nihil ferè nasceretur) inde ligna incombusta congerunt, in strumemque composita denud succendunt, sicque in illa terra combusta & inculta, collectis dumtaxat carbonibus & titionibus superfluis, triticum seminant primo, & supra fementem, uno equo juncto aratro, arant & occant, in Russia videlicet. Litiani enim bobus comibus aratrum trahentibus arare solent: tantaque ibi fecunditas dictu incredibilis subsequitur, ut Cererem in illis regionibus natam affirmaret. Eodem modo & hordeum seminatur, metitur, & colligitur: nisi quod castiora nemora pro hordeo excinduntur, & pinguiorem terram magis quam triticum exigit. In hujusmodi autem agris per omnes sex vel octo fimo feretcoreque non superposito superferuntur solent: si arbores nimis crasse fuerint in ea sylva, ubi seminatarii sunt, utpote pinus, fraxini, roboræ, & id genus aliar, eas non supercundunt, tantum frondes ramoque circumsecant, ne solem agro præripiant. Ru-

sticus verò unus omnes arbores, una semel ascensâ, circumferebat non descendendo: instrumentum enim ad id factum, quasi sedile, ad stapedæ similitudinem, secundum proportionem hominis sedentis factum, arbori fune longo appendit, sicque sedens à puero fune alio ad arborem facillè transferretur, habetque ad latus alligatum lignum curvum, ad id studio præparatum, quo arbori appropinquat, firmiter eam apprehendit, quam à vertice ad radicem usque circumfecat: & frondes illas eodem modo supra dicto æstate redeunte succendit, & seminat. Est quoque alius seminandi mos nuper apud Lituanos inventus, in prædicta prostratione succisioneque nemorum superius descriptorum, hoc modo: Duabus partibus hordei, tertiam siliquis intermiscere solent: quam commixtionem vere instante, tempore confucto seminant, eademque æstate hordeum solummodò demerunt, siliqum verò subter hordeum ad modum gramini paulatim densissimè crescentem per hyemem durare sinunt, quæ sequente æstate fecundissimè densissimèque excrevit, ut equo vix eam densitate penetrare possis, cum ex uno grano xxx. pluvie spicæ pullulare in tantam altitudinem soleant, ut vir equo insidens vix conspici possit. Omnes verò agros Rutheni uno equo juncto aratro profcindere solent; terra enim per se nimis facilis est. *Guag. in descript. Lituania.*

Putant.

C.LICINIUS Stolo, gener Fabii Ambusti, agriculturæ tam studiosus fuit, ut inde Stolonis nomen adeptus sit. Plantas enim & arbores abluantur, & reflectis fructibus, quod stolones vocant, curare solebat. *Columella.*

Fodiunt.

D.um serviret Lydiæ Regiæ Omphalæ Hercules, pastor Cercopas Ephesi populos bello profsigavit, qui advenientes hospites suas vineas tanquam servos fodere cogebant.

L.ESBIU opem laturi Milesiis, à Polycrate Samiorum tyranno victi atque capti, fossam, qua Mileti mania cingere cæperat, absolvere sunt coacti. *Herod. l. 3.*

C.yro Persiarum Rege Babylonem petente, cum in trajectu Gyndis amnis unus è sacris candidis equis submerisus esset, omnia expeditione Babylonica, anno integro totum exercitum in alvo Gyndis cxxx. rivulus dividendo sollicitum habuit. *Herod. l. 1.*

L. Posthumius vir consularis à Rom. damnatus est, quòd cum exercitui præfesset, Militum opera in suo agro colendo fuerat usus. *Sab. l. 8. En. 4.*

T.amberlanes Tartarorum Imp. fossos habitus circiter x. mille, qui suffosum murum sustentabant excessis lignis, quæ deinde accendebant: quibus concrematis, muri, nemine impellente, procidebant, per nudata inde muro loca milites ruebant in urbem. *Chalcond. l. 3.*

Formant. Topiarii.

T.OPIARIi inter prædiorum rusticorum operarios censentur, sic dicti à Græcis, quòd arbusculas virgultaque ductilia facillè flexi in varias formas figuræque modò humi, modò per turis spatia vario & solerti ingenio effingerent & concinnarent. Fuit enim moris præci, buxo, myrto, aut alio virgulto varias hominum effigies, naviumque formas, aut turrium, ædium, cubiculorum species, in hortis per hujusmodi operis magistratos, qui topiarii dicti sunt, effingi & concinnari, *ut Plin. l. 17. c. 25.* hoc est, à locis, quæ virgultis hujusmodi effinguntur. *Alex. l. 3. c. 25.*

Defendunt.

E.mpedocles Agrigentinus, Etesis aliquando vehementer flantibus, adeo ut fruges corrumpent, excoriari asinos jussit: factisque utribus, eos collibus & montium verticibus affixit, ad flatus cohibendos. Cessantibus ob id ventis, ab eventu rei *κνωρακινας* dictus fuit. *Laert. lib. 8. ex Timæo.*

Dimetiuntur. Mensores.

D.iognetus & Beton. Alexandri M. itinere mensores, qui peregrinationes illius scripserunt. *Plin. l. 5. c. 17.*

S.èitè, & ad propositum præfens, *Virgil. l. 2. Georg. Primus hominum fudit, primus delecta cremato, Sarmenta, & vallos primus sub recta referto, Postremo metito.*

